Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nunciatus est heliseo mortuus infans. dedit seruo suo
baculum et ait ei. Vade inquit et pone sup puerum et re
uiuisset. Accepit seruus baculum et posuit sup puerum et
non resurrexit. ppterea iudei legem accipere potuerunt
bibere non potuerunt. O tu iudeus audi mutata si uis mu
tari. si non uis mutari in uetustate habes dampnari. Noli
amare ueterem tunicam. pater tuus crucifixit. tu odisti.
Ille manu. tu corde. Ambo facinus implestis. Displiceat
tibi qd fecit pater tuus. audi quod dicit dns tuus. Pater
inquit in me manens ipse m̄ mandatum dedit quid dicā
aut quid loquar. et scio qa mandatū ei uita eterna est.
Si mandatum patris uita eterna est. si uerbum patris
uita eterna est. qui loquebat erat uita eterna. Non q̄
fecit aliquid a se. quia non est a se. Sz a quo est. A patre.
Pater enim ds sz de nullo. filius autem ds de dō. I dō filius
quia de dō genitus est. et semp filius sine initio genitus. et
tamen genitus. Et quom de hoc intellegat audite. Expec
tatis a me. audite ppheta p me. Generationem ei quis
enarrauit. Et tamen multa dixim de ei generatione. sz ea
que de matre est. Ceterum quom nat est de patre in celo.
quis potest explicare. Quis potest inuestigare. Teneam
nos ad istam humanam natiuitatem. p quam nob dona
uit ds grām. Gra inquam donata. non merces reddita
Qui creauit sanat. Ipsam leuat p ipsam curat egro
tantem. p ipsam coronat uincentē. I psa est fides